

4  
3  
7  
5  
6  
7.  
8  
9



FORTUNET ORBIS ARBITER!  
DELIBATA EX JURE  
VSVCAPIONVM

503

33

1666, 14.

IN  
FLORENTISSIMA ARGENTORA-  
TENSIVM UNIVERSITATE,

SUB PRÆSIDIO

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI  
ET EXCELLENTISSIMI

DOMINI,

GERARDI von STÖKKEN,

J. U. D. ET INSTITUT. IMPERIAL.

PROFESSORIS PUBL. CELEBERRIMI,

FAUTORIS ET PRÆCEPTORIS MEI

ÆTERNUM HONORANDI.

NOBILI ERUDITORUM CONSESSUI

SOLEMNITER

AD DISPUTANDVM PROPONIT

JOHANNES FRIDERICUS WIBEL,

SUEVO-HALENSIS.

A. & R.

NOVEM.

AD DIEM 7. ~~SEPT~~BRIS, HORIS LOCOQ. SOLITIS.

\*\*\*\*\*

CHARACTERIBUS WELPERIANIS.

ANNO ACADEMIÆ SECULARI.

cl. lcc. LXVI.



LIBERÆ IMPERIALIS REPUBLICÆ

SUEVO-HALENSIUM

CONSULI MAGNifico  
CONSISTORII DIRECTORI HÆSTRI  
ÆRARIQUE PUBLICI QUÆSTORI GRAVISSIMO

DOMINO

GEORGIO FRIDERICO SEUFFERTHERDT

STUDIORUM MÆCENATI  
PATRIÆ PATRI  
OPTIMO

DOMINO PATRONO ET PROMOTO RI MEO  
FILIALITER VENERANDO

PROF. FELICITATEM

PATRONI ET DIRECTORIS MEI

ANNO ACADEMIÆ SECULARI PRÆ  
SANTISSIMO  
Sua ingeniorum optima; hinc illud reuerentis studio le-  
gimus, quibus carissimum exultant  
Victoris Ius genium & ingenium ad em-  
prens longelateque Meritorum Tuorum de-  
cens spectamina, demeritis cepit pariter  
ma aduocare. Tus dudum quomodo, ad quam Te  
dumque Pars, mea quæque dicat Pectus; que ad solici-  
tudinem componit, Tum scilicet non minus videntur  
auctoritate, quam cultu Mularum hinc illud reuerentis  
gavo, etiam illare obsequii hinc illud reuerentis  
ANNO ACADEMIÆ SECULARI PRÆ



cl. lxxv.





LIBERÆ IMPERIALIS REIPUBLICÆ

SUEVO-HALENSIUM

CONSULI MAGNIFICO,  
CONSISTORII DIRECTORI ILLUSTRIS,  
ÆRARIQUE PUBLICI QUÆSTORI GRAVISSIMO.

DOMINO

GEORGIO FRIDERICO SEUFFERHELDT.

PATRIÆ PATRI,                      STUDIORUM MÆCENATI,  
OPTIMO.                                      MAXIMO.

DOMINO, PATRONO ET PROMOTORI MEO  
FILIALITER VENERANDO.

FELICITATEM!

**I**nter pulcerrima devotionum genera, quibus certatim exquisitum Virtutis Tuæ genium, & progressa ad eminentis longelateque Meritorum Tuorum decus specimina, demirari cœpit quæsitissima ingeniorum polites; demisso reverentiæ studio sese audet attollere, Tuæ dudum Immortalitati, ad quam Te ducunt Fata, mea quoque dicata Pietas: quæ ad sollicitudinem composita, Tuum gestit non minus verendum autoritate, quàm cultu Musarum delectabile Tribunal, novo circumstare obsequii documento. Scilicet hanc propriam

A 2

priam

priam velut Patriæ nostræ successibus gloriam, auspicio-  
rum ingenerasti amplitudine, ut non tam Fascium sacra,  
inter ardua curarum negotiorumq; , profuturo ad omnem  
posteritatem exemplo, atque splendidissimis per laudatif-  
sima quæque Reipublicæ vestigia, Magnitudinis Tuæ mo-  
mentis, suo quodam inclarescere divinitatis sensu, quàm  
ipsa Apollinis pignora, in lætissimis Tuis fulgere manibus,  
decorone magis an raro? omine, amica Patriæ nostræ con-  
spiciant Capita. Tantis illustri præfagiis Nomini plena as-  
furgunt æmulantium Officia, abblandiuntur sanctiores  
Gratiæ, benigniores congratulantur Musæ, quæ in Publico  
Famæ Tuæ Templo, hoc quicquid est in severioribus Le-  
gum studiis experimenti, cum justissima Arbitrii conten-  
tione, teneriori deponere alacritate verecundissime nunc  
aggrediuntur. Admitte MAGNIFICE DOMINE, inter  
solemnes Patriæ voces, has quoque levidentes comparere  
pagellas, quæ, si non ad graviolem Fascium aspirare pos-  
sint necessitudinem, Musarum saltem se officina metiri,  
& SEUFFERHELDIANO digna Fastigio propitiare  
studebunt argumenta, quæ ut æternis dudum Gloriæ in-  
servisti memoriis, ita pro hac Felicitatis Tuæ nostram in  
se complexæ perennitate, vota gregatim suscipere Civem,  
moris denique & rationis erit. **ITA TE DEUS SER-  
VET PATRIAE PATER MAGNANIME!**  
Scr. Argentorati. xxiv. Octobr. cis. 13c. lxxvi.

**MAGNIFICO TUO  
NOMINI**

*æterno obsequio devotissimus,*

Johannes Fridericus Wibel.



**DELIBATA EX JURE  
USUCAPIONUM,  
CONCLUSIONIBUS FIRMATA  
CIVILIBUS.**

*Prooemium.*



Agnis ingeniorum stricturis hoc per  
utilis, profundæ, subtilisque ac quo  
tidianæ **USUCAPIONVM** materiæ  
triumphat argumentum, quod & gra  
viora **JCTorum** studia, certanti cum pa  
ri ardoris ingenuitate successu in se  
provocavit, & Theologorum Moralium, legum ci  
vilium rationes ex æquitatis naturalis deducentium  
fontibus, curiosam copiosamque operam, manan  
te ad interiora quæque gloriæ exercuit documento;  
neque Viris Pragmaticis, ad optima quæque ornan  
da studia natis ratio defuit, qua egregiam sibi laudem,  
proposito scenæ suæ exquisitè comparato, in doctissi  
mis Philosophiæ hujus Civilis quæsitis traherent: ad  
cò eminenter illustres Juris Civilis apices, Aequitas,  
Utilitas & Necessitas, mutuis illigati subsidiis & sin  
ceris decretorum Juris conferti articulis, *ἠδ' ἴσῃ* (Poëtæ  
verbo) *αὐτοῖα* hic comparent, ut Catenam hanc Ho  
mericam



mericam quisquis divellere aggressus fuerit, non im-  
 merito omnes juris sanctoris fontes obstruere, & in-  
 vidiosa sistere licentia videatur. Ego in Themidis pa-  
 laestra auspiciis nixus Aeterni Numinis & excitatus sin-  
 gulari benevolentia *Excellentiss. Doctoris & Praesidis*  
*mei*, in lucem proditurus Academicam, **DE LIBATA**  
**EX JURE VSVCAPIONVM**, ad conclusiones quas-  
 dam constitui revocare civiles, afferendo potius ve-  
 stigia & notas, quam ad graviora assurgendo, eo quo  
 deceret acumine, rationum momentis solenni servan-  
 dis conflictui. Erit mihi brevitatis pro lege & temporis  
 aliò vocantis angustia pro argumento venia, si qua  
 minus sunt expresse pensiculateque proposita.

### CONCLUS. I.

**U**scapionem & Praescriptionem Jus antiquum Rebus pos-  
 sessis, Tempore & Effectu distinxit: Jus novum juribus  
 utrinque confusis nullum ferè reliquit differentiae hujus vesti-  
 gium. *Dn. D. Ludvvel, disp. 6. Justin. 0. 1. lit. 6. Colleg. Jurid. Ar-*  
*gent. l. 41. tit. 3. 0. 5. & Magnus Academiae nostrae Antecessor,*  
*Dn. D. REBHAN, Patronus & Praeceptor meus venerandus, Hodog-*  
*lar. Chart. 11. Clim. 11. p. 257. & seq.*

Uscapio est acquisitio domini per continuationem  
 possessionis temporis lege definiti. *l. 3. ff. de usurpat. & usuc-*  
*cap.*

**III.** *Castrensis* definitionem illam non bonam esse ait *ad*  
*d. l. 3.* At Oldendorpius ejus objectiones nihil moratur. Nam si  
 summo jure, ait, & ad normam, ut sic dixerim, mathematicam  
 rem exigamus, quis ignorat, omnem definitionem in jure peri-  
 culosam, rarumque esse in tam magna negotiorum varietate, ut  
 non subverti possit. *l. 202. ff. de R. l. Oldendarp. et. de praescrip.*

& Vsu-



7.  
 & *Vsucap. pr. n. 7.* videndum itaque potius quid bene indicet at-  
 que intimet, non quid bene sonet. *August. l. 4. de doctrina Christ.*  
*cap. 10. Reverendis. Dn. D. Dannhayver. Idea Boni Disp. & Mal.*  
*Sophist. p. 45.*

IV.  
 Usucapio à Græcis usurpata, à Romanis recepta, &  
 per Decemviros in XII. Tabb. relata, variis tandem Principum  
 constitutionibus emendata & locorum consuetudinibus statutis-  
 que mutata. *Platol. 12. de LL. & Isoerat. in Archidamo. Cic. in*  
*orat. pro Caccinna, pr. Inst. h. t. tot. tit. C. de prescript. long. tem-*  
*por.*

V.  
 Est itaque Usucapio modus acquirendi domini Civilis  
 §. 11. *de R. D. junct. §. ult. Inst. de usu & hab. non quod ea*  
 Romani juris inventum sit, prout plerique Interpretum existi-  
 marunt citati per *Fr. Balb. tract. de prescript. part. 1. quest. 4.*  
 sed quia civili jure approbata & suis peculiaribus informata est  
 requisitis, juxta ea quæ optimè scripsit *D. Vultei. l. jurispr. 1.*

VI.  
 Ad æquum & honestum si hoc juris examines presi-  
 dium, nihil erit, quod non inclinato sensu, in tam sanctissimi  
 nominis sit concessurum reverentiam, cum ubere justitiæ natu-  
 ralis admiratione.

VII.  
 Gloriatur ea magnis passim argumentis in Jure Justini-  
 anæ, cujus constanti æquitati Deus Opt. Max. characterem  
 majestatis ultimi imperii impressit, & quo tanquam æqui bo-  
 nique fonte, liberrima omnium regna populique utuntur. *Vir*  
*summus Jacob. Gothofred. c. 11. libri de imperio maris; tum maxi-*  
*mè in hoc Civili acquirendi modo.*

VIII.  
 Natura invitans, indigentia appetens & justitia ordi-  
 nans, in societate civili, & inde consecuta dominiorum distin-  
 ctione, Vsucapionem ne à naturali quidem alienam esse æqui-  
 tate dicitant. *H. Groc. in prolegom. & l. 2. de Jure Belli & Pacis*  
*cap. 4. cum Commentar. Amplissimi Becleri. Dn. D. Ludvvell. dict.*  
*disp.*

8.

disp. 8. 6. lit. 4. Dn. D. Loecamer. quest. 196. Magnific. Dn. D. Tabor in Iurispr. Element. disp. 2. 8. 22. ex 360. Dn. D. Struv. Syntagm. I. Civ. Exerc. 43. 8. 2.

IX.

Servandi diversi naturalis æquitatis gradus. Nam alii sunt superiores: alii inferiores. In superiore gradu hæc regula consistit: societas Civilis coli debet & ante omnia custodiri; in gradibus inferioribus collocantur ea, quæ ad privatos pertinent; cedunt hæc illi, non contra. arg. l. 31. ff. de pos. l. un. §. 14. C. de Caduc. toll. vid. Illustris quondam dignationis munerumque eminentia Georg. Obrecht. tract. de princip. Iur. cap. 17. §. 23. 25. Dn. D. Ludv. d. disp. 8. 6. lit. 4. Bronchorst. cent. 4. ass. 2. Fr. Connan. Comment. Iur. Civ. p. 39.

X.

Æquitas Civilis in momentosis sistenda Necessitatis & Utilitatis rationibus, quæ haud dubie irrefragabili nituntur Philosophia, si recte tractentur, neque ab architectonica auctoritate, ad minora & inferiora detrudantur. Dn. Bæclerus Comment. in Grot. l. 2. c. 6. §. 8. & c. 2. §. 6.

XI.

Necessitas vera & allegabilis id quod cogit, defendit & sapientibus pro ratione est, e. g. in Domin. Eminent. Ficta sub indumento justitiæ, vanitatem sæpè & schema necessitatis prodit, ut in Ratione Status.

XII.

Temporaria Utilitatis species, à veris & solidis Reipub. commodis distinguenda: neque enim miscenda malarum artium subsidia, quibus fortunæ publicæ intervertatur series. Polyb. 13. Add. Cicer. 2. de invent. § 8. neque cum Tiberio, quotiens jura deficiunt, callidos novi juris repertores esse decet. Clapm. de arcan. Imper. l. 1. c. 13. Consultiss. Dn. D. Georg. Obrecht. Fori Argentiniens. Advocatus & Patronus meus suspiciendus, in disp. de Extrinct. Romanor. libertate. sub Præsidio Magni Berneggeri habit. 8. 47. neque iniquum est omne magnum exemplum, quod contra singulos, utilitate publica rependitur. Tacit. l. 14. Annal. 44. 7. Add. Mich. Pitcart. Observ. Histor. Politic. dec. 13. c. 10.

XIII.

9.  
XIII.

Utraque necessitatis allegabilis & utilitatis solida justitia in Usucapionibus eminent; illa dominiorum certitudinem & litium sepulturam: hæc bonum publicum intuetur. *l. ult. ff. pro suo. & l. 1. ff. h. t.*

## XIV.

Usucapere possunt omnes, qui dominium acquirere & possidere possunt, etiam filiifam. & pupilli. *l. 3. l. 8. §. 1. l. 25. l. 4. §. 1. & 2. h. Cujac. ad l. 4. h. t. Dn. D. Ludvv. d. disp. 2. lit. c. d. C. I. A. lib. 4. §. 11. Dn. D. Struv. Exercit. 43. §. 7.*

## XV.

Usucapere quis potest per servum ex peculiari causa ignorans, *d. l. 8. l. 47. h.* per procuratorem non nisi sciens. *d. l. 47. idque utilitatis causa jure singulari. l. 44. §. 1. de A. & A. possess.*

## XVI.

Excluduntur ἀπόλιδες: qui omnino possidere nequeunt: qui pro alieno possident. *§. 2. Inst. de cap. dimin. l. 1. §. 2. de legat. 3. l. 44. §. fin. h. t. l. 118. ff. de R. l. ibique Jacob. Gorbhofred. l. 8. l. 31. §. 3. l. 33. §. 4. h. Gebhard. de Usucap. cap. 1. §. 1. n. 33. Dn. D. Biccus in Aureis vere aureis. sect. 3. §. 6. C. I. A. d. l. §. 11. cum not.*

## XVII.

Currit Usucapio in Rebus tam corporalibus quam incorporalibus; mobilibus & immobilibus; mancipi & non mancipi. *l. 30. ff. h. t. add. Gebhard. d. tr. cap. 1. §. 4. n. 4. pr. Inst. eod. l. unic. C. de Usucap. transform. l. fin. C. de prescript. long. temp.*

## XVIII.

Distinctio qua servitutes continuas à discontinuis discernunt, ut in illis usucapionem concedant, in his verò inficiuntur, erronea est & nullam veri speciem habet. *l. 28. ff. de servit. pradior. urbanor. Donell. II. Comm. 11. Trentler. vol. 2. disp. 22. lit. G. C. I. A. l. 8. tit. 1. §. 38. & seqq. Dn. D. Ludvvell. disp. V. Justin. §. 7. lit. f. Dn. D. Bicc. sect. 2. Rer. Quotid. §. 38. lit. t.*

## XIX.

Jura licet non usucapiantur per se, usucapiuntur cum re: ait pulchre Azo in summa C. de prescript. long. temp. n. 6. Cujac. in l. 4. §. fin. & l. 10. §. 1. ff. h. t.

B

XX.

10.

XX.

Jurisdictio contra parem aut inferiorem usucapi potest. *Iason. in l. 20. & 22. in fin. de jurisdic. Balb. part. 2. p. pr. §. quest. 3. num. 5. Capoll. de servit. cap. 19. num. 9. versic. quartus casus.*

XXI.

Usucapiones inventæ sunt, ut jus creatum de uno in alium transferant, non ut novum constituent. *Gloss. in c. si diligenti. 17. Extr. de prescript. Balb. part. 1. pr. 6. n. 3.*

XXII.

Non currit Usucapio, ligata partim 1. Vinculo Naturæ, in rebus, quæ non sunt in commercio, & meræ facultatis. *§. 1. Inst. h. t. l. 9. l. 45. eod. arg. l. 2. ff. de via. publ. & itin. publ. resc. Cujac. in paratit. C. de prescript. 30. annor. Duaren. in h. tit. pag. 1309. Mynsing. 1. obs. 16. Gail. 2. obs. 18. num. 4. Dn. D. Struv. Exercit. 43. §. 22. Dn. D. Brandmyller. Manduct. ad l. Civ. & Canon. diff. Prescribi posse &c. ut sunt jus reluendi pignoris arg. l. 13. h. t. c. ult. Extr. de prescript. Bronchorst. cent. 4. ass. 4. & pactum de retrovendendo, arg. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Fachin. 2. Controv. 13. Dn. D. Ludvvell. disp. 6. §. 3. lit. c. de annuis præstationibus, variisque jurium generibus, vid. C. l. A. lib. 41. tit. 3. §. 18. num. 14. Gebhard. c. 3. §. 2. n. 30. & seqq.*

XXIII.

Nulla civitas aut Respubl. ab Imperio Romano-Germanico ita se eximere potuit, ut juste libertatem usucaptam hodie adversus Imperatorem possit allegare. *H. Grot. 2. de l. B. & P. cap. 4. §. 15. & in Comment. Excellentiss. Bœclerus, Zach. Viator de causis exempt. conclus. 7. Iustus Sinold. Schütz Coll. 1. P. vol. 1. disp. 3. §. 31. C. l. A. d. l. §. 12. num. 3. Adde Celeberrim. Dn. Conring. in opere de Finib. Imp. De Prussia, vid. Sleid. lib. 20. & eundem Dn. Conring. de fin. Imp. cap. 28. adversus Grotium in Batavia Antiqua.*

XXIV.

Ligatur Usucapio partim 2. Vinculo Legis: prohibentis vel in favorem dominorum; ut res pupillares. *l. 10. ff. quemadm. servit. amitt. l. 48. pr. de A. R. D. l. 3. C. de prescr. 30. annor. Minorum, qui jam puberes facti, l. 3. in f. C. de prescript.*

30. vel

## II.

30. vel 40. annor. contra quos tamen præscriptio 30. annor. procedit. l. 3. C. quibus non obicit. long. temp. præscript. C. 1. d. lib. 41. tit. 3. §. 18. num. 11. Treutler. 2. disp. 22. ibique Bachov. §. 3. lit. a. Dn. D. Struv. Exercit. 43. §. 10. num. 5. Dotales. l. 30. C. de jure dot. l. 4. de fundo dot. Cujac. 14. observ. 9 & similes, ut res fisci, §. 6. Inst. h. t. l. 18. ff. eod. res Principis & Ecclesiarum, t. tit. C. ne rei dom. vel templ. vindic. res civitatum. l. 9. ff. h. t. Dn. D. Ludvvell. d. disp. §. 3. lit. d. & seqq.

## XXV.

Vel in odium Possessorum: ut res furtivæ ex L. Attinia, §. 2. 3. Inst. h. t. l. 24. §. 1. l. 4. §. 6. & seqq. ff. eod. Exempla remum furtivarum, vide per tot. tit. de Usucap. Res vi possessæ immobiles ex Lege Julia & Plautia, l. 4. §. 22. 23. l. 33. §. 2. h. res Præfidi contra L. Juliam repetundarum data, l. 8. ff. ad L. lul. repet. l. 48. pr. ff. de A. R. D. Dn. D. Ludvvell. d. disp. §. 3. Dn. D. Bicc. Aur. sect. 3. §. 48. Dn. D. Struv. Exercit. 43. §. 9.

## XXVI.

Ligatur partim 3. Vinculo voluntatis supremæ, testamento res alienari prohibentis. l. ult. C. de rebus alien. l. 2. C. de Usucap. pro empt. l. ult. §. sin. autem, pen. C. communia de Legar. Fr. Balb. in utramque partem fuse part. 5. part. pr. §. quest. 4. Bachov. ad Treutler. vol. II. disp. 22. §. 3. lit. m.

## XXVII.

Sine possessione Civili nulla procedit Usucapio l. 3. l. 25. l. 44. in fin. ff. h. l. 10. C. de acquir. possess. l. 19. ff. ex quibus causis maj. Treutl. d. disp. §. 5. lit. C. D. Dn. D. Ludvvell. §. 4. lit. a. b. Dn. D. Brandmyller. Manuduct. differ. Præscriptio sine & c.

## XXVIII.

Tantum præscriptum, quantum possessum. c. auditis, ibique Coler. num. 10. & c. cum olim. Extra de præscript. fac. l. 12. C. de servit. Bartol. in l. 1. §. si quis ff. de itinere actuque priv. Petr. Gilken. tract. de præscript. part. 3. cap. 6. Gebhard. cap. 1. §. 4. num. 1.

## XXIX.

Possessio ut justa sit, habeat titulum ad transferendum dominium

minium idoneum. l. 4. C. de prescript. long. temp. l. 31. ff. de A. R. D. l. 3. §. 21. ff. de acquir. possess.

## XXX.

Titulus verus, ut opponitur falso seu nullo, in omnium rerum usucapione requiritur: nisi justa erroris causa subit, vel ex facto proprio vel ex alieno. §. 8. Inst. h. t. l. 27. ff. eod. l. 2. §. 16. pro empt. l. ult. pro suo. De errore Juris & facti quadruplicate vid. Gebhard. late c. 2. §. 1. num. 16. & seqq.

## XXXI.

Titulus verus ut opponitur praesumpto, in rebus corporalibus est necessarius, in rebus incorporalibus praesumptus sufficit. l. 10. ff. si servit. vindic. l. ult. de servit. in iuribus tam affirmativis quam negativis. Dn. D. Bicc. sect. 2. Aureor. §. 39. Dn. D. Strav. Exerc. 43. §. 14. & 15. Gebhard. d. tract. c. 3. §. 2. num. 8. & seqq. Add. Cepoll. cautel. 150. vulg. 108.

## XXXII.

Aliquando titulus generalis pro suo sufficit ad usucapionem. Fr. Balb. part. 1. p. pr. 3. Dn. D. Ludv. d. disp. §. 5. lit. a.

## XXXIII.

Titulus pro herede ad usucapionem sufficit, si agatur adversus dominum singularem; secus, si adversus coheredem. l. 3. ff. pro herede. l. 2. §. ult. ff. eod. l. 29. ff. de usucap. Petr. Gilken. fuse cap. 16.

## XXXIV.

Bona Fides Jure Civili tantum in exordio possessionis necessaria: in contractibus ceteris tempore traditionis; in emptione, venditionis & traditionis tempore. Jure Canonico per omne tempus. l. 48. §. 1. ff. de A. R. D. l. 48. h. l. 6. ff. de Acquir. Possess. c. possessor. de R. l. in 6. ubi Dynus & Covarr. c. vigilantis, c. fin. Extr. de prescript. Balb. part. 2. pr. 3. quest. 6. Oldendorp. de Usucap. num. 17. Vasq. quest. 77. quae sententia etiam servatur in terris imperii. Gail. 2. obs. 18. num. 7. Gilken. part. 2. memb. 2. 1. num.

2. 1. num. 3. Dn. D. Ludvvell. 0. 5. lit. c. Adde etiam Bachov. ad  
Trentler. disp. 22. 0. 6. lit. A. D. Frantzke. Exerc. ad Instit. 5. 9. 7.  
num. 8. & Dn. D. Brandmüller. Manud. differ. Usucapere potest, &  
in differ. Prescriptio semper.

## XXXV.

Dubium speculativum indistincte in Usucap. non indu-  
cit malam fidem: dubium practicum inducit. Fachin. 1. Contr.  
65. & 8. contr. 24. Fr. Balb. part. 2. pr. 3. quest. 1. num. 7. l. fin.  
C. de condict. indeb. l. ult. §. 2. C. de furt. l. 32. §. 1. ff. b. 1. Dn. D.  
Struv. d. Exercit. 0. 12. & Dn. D. Brandmyll. differ. cit. Usucapere  
potest.

## XXXVI.

Possessor in bona fide praesumitur. §. 4. Instit. de interdicit.  
ubi Mysing. quæ praesumptio iudicis contrariis & indubitatis  
elidenda erit. Balb. 2. part. pr. 3. quest. 1. num. 14. Wesenbec.  
Consil. 14. num. 79.

## XXXVII.

Quæ legitime ac bona fide rem aliquam usucepit, neque  
in conscientia seu foro animæ ad restitutionem obligatus est.  
per communissimam tum Theologorum, Canonistarum ac Le-  
gistarum sententiam, quam adducit Dn. D. Brandmyll. differ.  
Usucapione completa per tot.

## XXXVIII.

In tempore nulla vis ad efficiendum, nisi deveniatur ad  
conjecturam humanæ voluntatis, vid. Grot. l. 2. cap. 4. §. 3. &  
seq. quod notand. contra eos, quibus plausibile temporis no-  
men inter strategemata est politica. specim. extat. ap. Thuan.  
augusti calami script. l. 59. p. 43.

## XXXIX.

In Usucapionibus tempus, quod in mobilibus est trien-  
nium, in immobilibus inter presentes decennium, inter ab-  
sentes 20. anni. pr. Inst. h. t. l. unic. C. de Usucap. transform. à die  
ad diem, non à momento ad momentum computandum est.

l. i. ff.

14.

*l. 1. ff. h. Cuiac. ad l. 6. h. Bronch. cent. 4. ass. 8. Dn. D. Ladyvell. 0. 5. lit. d. & si Dominus rei aliquot annis praesens, aliquot absens fuerit, duplicandi sunt anni absentiae. Authent. quod si quis. C. de long. temp. praescript. Novell. 119. cap. 8. Balb. part. 1. pr. 4. quest. 5.*

XL.

Possunt pro praesentibus haberi, qui domiciliis non multum separati sunt, ut qui in confinio duarum provinciarum degunt: è contra absentes erunt, qui remota domicilia habent. *Balb. d. l. quest. 4. C. 1. A. l. 41. tit. 3. 0. 20. Dn. D. Struy. Exercit. 43. 0. 17.*

XLI.

Auctoris possessio etiam in successorem continuatur, ipsaque ad usucapiendum proficit. §. 9. *cum seq. Inst. h. t. & ib. Interpr. commun. benigna potius interpretatione, quam stricta juris ratione. l. 14. ff. de divers. tempor. praescript.*

XLII.

Vacuum tempus inter mortem defuncti & aditam hereditatem, heredi quoque prodest. *l. 22. l. 31. §. pen. l. 44. §. 3. h. t.*

XLIII.

Successorem auctoris sui culpa comitatur. *l. 11. C. de acquir. possess.*

XLIV.

Successor singularis ex propria possessione inchoare potest usucapionem, neque ei penitus auctoris mala fides nocet, de jure antiquo. *l. 5. ff. de divers. & tempor. l. 32. §. 1. ff. de servit. praed. urban. limitatum tamen hoc jure Novo, authent. mala fidei. C. de praescript. long. temp. quam accurate explicat. Fr. Balb. part. 2. pr. 3. quest. 12. fecus de successore Universali. Gebb. c. 1. §. 4. num. 12. & seqq. vid. tamen Georg. Schultz. Synops. Institut. p. m. 101. lit. g.*

XLV.

Dormit Usucapio tempore hostilitatis, pestis, deficientis  
judicis



judicis, vacantis Ecclesie & imperii, schismatis, tyrannidis, de-  
 liberationis heredis, ætatis pupillaris & aliis casibus. *Eleg. Fr.*  
*Balb. part. 2. pr. 6. per tot.*

## XLVI.

Interrumpitur seu usurpatur sive naturaliter, possessione  
 rei in alium vere translata. *l. 15. l. 4. §. 22. h. r. l. 3. §. 17. l. 30.*  
*§. 1. 2. 4. ff. de acquir. possess. sive civiliter, idque vel in Judicio,*  
*per litis contestationem. l. 10. C. de acquir. possess. l. 18. ff. de R.*  
*V. l. 26. C. eod. l. 10. C. de prescr. long. temp. Vel extra Judicium,*  
 per denunciationem privatam, contradictionem vel protesta-  
 tionem, quæ tamen interpellatio nonnisi certis casibus locum  
 & effectum habet, quos vid. ap. *Gebhard. c. 1. §. 4. n. 9. c. 2. §. ult.*  
*cap. 3. §. fin. Balb. part. 3. pr. 6. quest. 4. num. 18. Dn. D. Struy.*  
*Exercit. 43. §. 27. 28.*

## XLVII.

Ad incorporalium rerum usucapionem interrumpendam,  
 extrajudicialis saltem prohibitio, vel protestatio aut pignoratio  
 (vulgo *Pfandung*) sufficit. *Gebh. cap. 1. §. 4. num. 10. contra*  
*Colerum. dissent.*

## XLVIII.

Usucapione legitime impleta verum dominium tam in re-  
 bus mobilibus, quam immobilibus acquiritur; justus induci-  
 tur titulus, obligatio civilis tollitur & eliditur naturalis. *l. 1. l. 3.*  
*h. r. Duaren. in h. r. p. 1310. Wesenbec. in II. Bachovius ad Treut-*  
*ler. 2. D. 22. §. 7. lit. B. c. 1. de prescript. in 6. C. 1. A. dict. tit. §. 22.*  
*Dn. D. Ludvvel. §. 6. lit. b.*

## XLIX.

Nemo ex capite ignorantie contra usucapionem impletam  
 restituendus in integrum. *l. fin. C. de prescr. long. temp. l. 3. C. de*  
*prescr. 30. ann. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 11. §. 17. lit. A. C. 1. A.*  
*d. tit. §. 24. & l. 4. tit. 6. §. 26. Dn. D. Ludvvel. §. 6. lit. c.*

WIBELI

**W**IBELI Sophiae potens in arte,  
**W**IBELI & Themidis potens in arte,  
 Doctum ostendis opus tui laboris,  
 Quod feri manibus terant nepotes.  
 Perge in Jure tuum sacrare nomen,  
 Et perge in Sophia sacrare nomen,  
 Junge & delicias novem sororum.  
 Namque hoc HALA petit, petunt Patroni,  
 Sic nomen Clariae inferent, tuamque  
 Fastis aethereis, poloque famam.

Amoris E. posuit

*Jacob Schaller, Th. D. ac Phil. Pract.*  
*Prof. h. t. Universit. Argent. RECTOR.*

*Præcellentissimo Dn.*  
**JOHANNI FRIDERICO WIBEL,**  
*de Prescriptionibus Solenniter disputanti.*

**D**Um Primus hoc Amplissimo sub PRAESIDE  
 Præscriptiones asseris,  
 Congratulor, secundet aura numinis  
 Tua vela, felix hæc quoque  
 Luctatio sit prodromus profectuum.  
 Sic perge magnum Palladis  
 Decus, ut vehatur fama per Terras Tua  
 Ad posteros feliciter!

Gothofredus Stöffer, U. J. D.  
 Pand. Profess. & Colleg. Jurid.  
 h. t. DECANUS.

Virtute

Virtute quidem, non favitore purpurato  
 niti decet! Illi satis est faventiarum,  
 quisquis solidam fert studiis amœnitatem  
 exercitio perpète juris æquioris,  
 non vi propriâ, (Nam quid homunculi valemus?)  
 sed Numinis almi super - eminente ductu.  
 Dilecte W I B E L! Quàm benè diligens acumen  
 fidamque pii pectoris exhibes figuram!  
 ô talibus audacter inhæreas opellis!  
 Exinde parabis magis & magis Patronos.

*Clariss. Dn. Autori eidemque Respondenti*

FELICITER

applaudet.

PRÆSES.

Ad Præcellentem Dn. Responden-  
 tem.

U S V C A P I O, P R A E S C R I P T I O, perutiles  
 feruntur esse modi, quibus hominum genus  
 sibi solet acquirere dominium, docet & id  
 acutior mentis Tuæ vis, pennaque,  
 Amice perdilecte, Fautor optime.

*Materia digna TE, Tuoque P R A E S I D E,*  
 Doctore S T R Ö K K I O, Lycei lumine  
 clarissimo. Jehova faxit, quod agitis  
 in nomine Domini, ut benè satis eveniat.

*scr.*

Johannes Faustius, SS. Th. D.  
 Logic. & Metaph. PP.

C

Ad

*Ad Nobiliss. Disputantem.*

**W**IBELI, Themidi sacratum pectus, ut una  
Petis Tibi vel lineâ congratuler;

Accipe lineolæ simplex ex tempore votum:

Ut **DOCTOREUM** brevi sequatur te decus.

*Amicitie nuper hic capta monumentum  
è pago Denzling. Argentoratum  
mittit*

**Jo. Fecht, SS. Theol. Lic.  
& Pastor.**

**A**Rrisit tua fama mihi, cum surgere Doctum  
In te dicebat, Conspicuumque Virum:

Visis quæ mihi docta manus perscripsit amico,

Dixi, sic res est ut bona fama tulit:

Sed viso vultu suavis quem suada decorat,

Dixi plus in eo quàm bona fama tulit;

Jam cum Jura premas sapiunt quæ Juris alumnis,

Jure tibi Laudis plus bona fama feret.

*Honoris & amoris duraturi semper conte-  
standi gratia, Praclarissimo & Erudi-  
tissimo Dn. Iohanni Friderico Wibelio,  
amico suo suavissimo apposuit*

**Carolus Du Vernoy, Ecclesiæ  
Hericurianæ Pastor.**

*Præcel-*

*Præcellenti ac Doctissimo*

DN. JOHANNI FRIDERICO WIBELIO,  
Suevo-Halenfi, Amico suo sincere dilecto,  
de Usucapione Disputanti:

**U**SU CAPTA, Tibi Jurisprudencia justo,  
Te, Sacræ Themidos solertem fecit Alumnum,  
Præfens quod specimen doctum demonstrat abunde.  
Mox eris ejusdem, coelo aspirante, Sacerdos.  
Alma tuis sacris, ut Patria rite fruatur,  
Atque pari Fratrum trino exultet pia Mater,  
Hocce tui Brechti est ex imo pectore votum.

*Scrib. gratulabundus*

M. Johann Reinartus Brecht,  
Eccles. ad D. Jun. Pet. Minister.

**DOCTISSIMO WIBELIO,**

*Amico & Fautori honorando*

**S. P. D.**

**Q**UOD socianda Tuis Tibi mitto en carmina scriptis  
WIBELI; officii pars fuit una mei.  
Scilicet & socias inter conjuncta Camœnas,  
Disjungi fuerat nomina nostra nefas:  
Et, quæ privatis latuisset credita signis,  
Publica clarescet forsan amicitia.  
Causa tamen diversa subest, qua jungimur: Et Te  
Inclytâ sollicitat in sua sacra Themis:

Cæsareas

Cæsareas curas, graviterque sonantia legum  
 Jura, per innumeros missa tueris avos.  
 Me faciles hederæ, me dulcia numina musæ,  
 Me juvat imparibus condere verba modis  
 Non tamen illa, Tuæ per quæ præconia laudis,  
 Atque decus possit, sunt satis apta, legi.  
 Ita canant alii digne; mihi pignus amoris  
 Sufficit & fidei deposuisse meæ.

Scr. Basileæ 19. Octobr.  
 1666.

*Cujus hæc manus vicem obire cupie  
 Tui*

Ulrici Obrechtii.

**Q**ui Virtutis & elegantioris  
 Felici studio Eruditionis  
 TE doctisque VIRIS bonisque pridem  
 Jungebas, senii parans rogi que  
 Expertem TIBI gloriam, sagaci  
 Astrææ quoque sacra diligenter  
 Inspexisse animò, his probas pagellis.  
 Æternum capiti decus venire  
 Jam cerno. DEUS usque plura donet!

*honoris ergò*

*f.*

Melchior Wenger.

F I N I S.







Strassburg, Diss., 1665-66

ULB Halle 3  
003 745 031



f


TA → OL

nur 5 Bisher verknüpft

WOM







B.I.G.

Farbkarte #13

RBIS ARBITER!  
 A EX JURE  
**PIONVM**  
 N  
 ARGENTORA-  
 NIVERSITATE,  
 ÆSIDIO  
*AMPLISSIMI*  
*LENTISSIMI*  
 MINI,  
 n **STÖKKEN,**  
 TUT. IMPERIAL.  
 BL. CELEBERRIMI,  
 RÆCEPTORIS MEI  
 HONORANDI.  
 RUM CONSESSUI  
 NITER  
 VM PROPONIT  
 DERICUS WIBEL,  
 ALENSIS.  
 R.  
 HORIS LOCOQ. SOLITIS.  
 \*\*\*\*\*  
 S WELPERIANIS.  
 IÆ SECULARI.  
 LXVI.

505  
 33  
 1666, 14.

